la? Non obstare vim quandā malignam,
paulò inferiùs euincemus, si priùs ex-
emplis aliorum metallorum, quæ iam
occurrent, antiquorum consensum cō-
probauerimus. Aetius cum metallis, ve- *Tetrab. 4.*
nenata qualitate infectis, Gypsum an- *sect. 1. c. 45*
numerat, Cerussam, Calcem, Auripig-
mentum, Sandaracham, Spumam ar-
genti, Hydrargyrum: quibus adijcit A-
darcen, & Plumbum Actuarius. Ast hæc *5. Meth.*
non raro, præter cætera, quæ minus pu- *cap. 12.*
tantur vitalem appetere calorem, intrò
admittunt probi auctores. Asclepiades
& Isidorus inueteratis Dysentericis pa-
stillos exhibet, è calce viua, sandaracha,
auripigmento, cadmia, cerussa, squama
æris, lithargyro, gypso fabrefactos,
quorum vtendi conficiendiq; modum
Galenus tradit. Arsenicum scissile cum *9. medica-*
galbano, suffitu attractum, tussientibus *ment. loca-*
præscribit idem Galenus, ouoq; sorbi- *lium c. 5.*
li, & vino tepido potui dat. Sandarachā, *3. facilè pa-*
quæ eiusdē cum arsenico, & generis est, *rabil. 18.*
& facultatis, Dioscorides ait, ex mulso *& 64.* *Li. 5. c. 81.*
dari extussientibus, vocē expedire mel-
le delinctam. Et Auicenna splenicis cō- *Lib. 2. tr. 2.*
ducere. Hoc si sit, & ξήριον vel aridū me- *cap. 627.*
dica-